



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

LVIII. Der Bischof Otto von Brandenburg überläßt dem Kloster Lehnin die Zehnthebung in Krielow, im Jahre 1261.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

stris donant, ecclesiarum prelati, quorum parrochiato donantes existunt, super hiis temere se opponant, exigendo exinde certam aliquam porcionem. Volentes igitur super hiis quieti uestre congruo remedio prouidere, auctoritate uobis presencium indulgemus, ut de hiis, que monasteriis uestris taliter offeruntur, nullam cogamini cuiquam soluere porcionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Laterani III<sup>o</sup> Idus Januarii, Pontificatus nostri anno primo.

Vt autem huic priuilegio per regiones exteras fides adhibeatur cercior, presentem litteram sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri.

Aus dem Originale des Geh. Staats-Archives.

**LVIII.** Der Bischof Otto von Brandenburg überläßt dem Kloster Lehnin die Zehnthebung in Krielow, im Jahre 1261.

De decimis in Kryle, Otto Episcopus Brandenburgensis totumque capitulum ejusdem ecclesie. Anno 1261.

Altes Verz. Lehn. Urk. — Gercken VII, 340.

Litera Ottonis episcopi Brandenburgensis super donatione villae Cryle et unius mansi nec non decimae villae Celendorf. Anno 1261.

Neueres Verzeichniß Lehniner Urkunden.

**LIX.** Markgraf Otto schenkt mit Zustimmung seiner Söhne Johann, Otto und Albert dem Kloster Lehnin 9 Hufen in Gohltz, am 12. Juni 1262.

In nomine sancte et ind. trinitatis. Nos Otto, Dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus Inperpetuum. Sicut dies et tempora indefinenter fluunt et transeunt vices singulas alternando, sic ea, que sub ipsis fiunt temporibus, vigorem memorie facillime perderent et decorem, nisi litterarum et testium examine reciperent munimentum. Nouerint exinde tam presentes quam posteri, quod ob spem pie remuneracionis, Johannis, Ottonis et Alberti filiorum nostrorum adhibito consensu, Ecclesie Leninenfi nouem mansos In Goliz cum omni Jure et vtilitate, qua nos possedimus, proprietatis titulo contulimus perpetuo possidendos. Et ne nostra collatio, racionabiliter sic peracta, Inposterum aliquibus scrupulosis questionibus valeat perturbari uel a nostris successoribus aliquatinus Immutari, Dicte Ecclesie Leninenfi presentes nostras litteras, sigilli nostri munimine solidatas, In Euidens testimonium et Robur validum duximus erogandas. Testes huius sunt: Dominus Burchardus de Barebuy, Gheuehardus de Aluensleue, Conradus de Osterburch, Johannes de Crakowe, Bertoldus de Stendal noster coquinarius, Nicholaus de kerbzowe (sic) et alii quam plures. Datum Brande-